



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput VI. Ex Concilio (a) Magocen.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

tio in eo prohibetur, cap. nullis. de rebus Eccles. Unde cum omnia ea, quae prohibentur alienari, legari nequeant, l. cum servus 39. alias legge apud Julianum, §. finali, ff. de legat. 1. unum 67. 8. ff. de legat. 2. 1. 10. ff. de auro & argento; id est legatum rei Ecclesiae in praesenti textu relictum non valuit. Ita docuerunt Innocentius & Ancharanus in praesenti, Alexander, Jason, & Caltrenus in dictis, cum alienam, Fachimeus lib. 5. controver. cap. 28. plures, quos laudat & sequitur Luna, & Arellanus lib. 3. antinom. 5. qui consequenter docent in praesenti casu, nec quo ad estimationem legatum valere. Sed etiam haec interpretatione convincitur ex eo, nam legatum rei, cuius alienatio non impedit, sed diffidens est, valet, dicta l. apud unum, §. finali: ergo valere debet rei Eccl. legatum, cum eius alienatio non impossibiliter judicetur; si quidem potest alienari adhucitatem solennitatem, cap. exceptione 12. quest. 2. Deinde quia praeiens decisio non in eo inititur, quod legata sit res Ecclesiae; sed in eo, quod res aliena domino restituere debet, ut constat ex illis verbis: *Aliena restituere debuit*. Et ita interpretatio illa huius decisionis minime congruit. Alii tandem docent, in praesenti casu ideo legatum non valete, quia legatus erat calix, qui in commercio hominis non est, cap. vasa, de consecrat. dict. 1. cap. iussum, de rerum permitt. Unde cum legatum rei, quae in commercio non est, inutilem relinquitur, dict. §. non solum; id est legatum in praesenti non valet. Sed etiam haec sententia convincitur ex eo, quia licet res, quae non est in commercio, legari non possit, l. cum servus 39. §. finali, ff. de legat. 1. Donellas lib. 8. comment. cap. 11. tamen si commercium habeat personae, cui relinquitur, licet alii non habeant, legatum subsistit, l. sed et si 40. ff. eadem titul. unde licet calix in praesenti specie legari non possit laico, quia ejus commercium non habebat; tamen Ecclesia utique legari poterat. Unde cum Ecclesia Messenat. calix legatus esset, ratio commercii non impediens ipsius legati valorem.

His igitur, & aliis interpretationibus omis-  
sis, dicendum est, discrimen à Divo Gregorio  
affligatum inter jus fori, & jus poli, non re-

spicere ad eam partem, an legatum rei alienae valeat nec-ne; sed ad jus fori, & poli in spe-  
cie sibi proposita. Quod ut clarius demonstra-  
tur, præmittendum est, testatorum, de quo in  
nostris textu, detinuisse calicem, & puerum  
Consentina Ecclesia, & eos legaliter Ecclesia Messenat. Hæres statim res legatas tradidit Ecclesia Messenat. bona fide. Postmodum cum Ecclesia Consentina, in cuius dominio erant, ab eo tam calicem, quam puerum peteret, ipse ab Ecclesia Messenat. tam calicem, quam puerum repetebat. Ecclesia Messenat. restituere renue-  
bat, allegans juris civilis dispositionem, juxta quam hæres tenetur legata etiam rei alienae sol-  
vere, & legatarium ea possidentem non teneri  
hæredi restituere. Quibus perpenitus Gregorius Magnus præmittens, quod licet juxta legem facili prædicta Ecclesia Messenat. se defendere  
quominus calicem, & puerum Ecclesia Con-  
sentina restitueret; tamen quia juxta canonici-  
am, immo & divinam dispositionem aliena de-  
tinens ea restituere tenetur, cap. in litteris 5. de  
rapta. & quia hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, cap. finali, de sepultur. decre-  
vit inustum esse, ut ab Ecclesia Messenat. res ille  
destitueretur, cum domino invito auferri non  
debeat quod suum est; & ita calicem, & pue-  
rum restitui debere Ecclesia Consentina. Quam  
interpretationem ut veriore amplectuntur plu-  
res, quos refert, & sequitur Menchaca de success-  
creat. §. 21. numero 11. Beteta in praesenti. Unde  
constat, Gregorium in hoc textu non constituis-  
se differentiam inter jus canonicum, & civile quo-  
ad legatum rei alienae, & ejus valorem; sed tan-  
tum in eo, quod cum Ecclesia Messenat. retinens  
calicem, & puerum Ecclesia Consentina, se de-  
fenderet legibus facili, Gregorius docet non  
juxta eas leges, que permittunt rei alienae re-  
tentio; sed juxta legem Dei, secundum quam  
aliena detinens restituere debet, praesentem casum  
esse decidendum: non tamen ideo Grego-  
rius improbat rei alienae legatum, ut si testator sciens  
eam legaverit, hæres teneatur eam redimere,  
& legatario præstare, aut ejus estimationem sol-  
vere.

Huic commentario adjungi potest interpreta-  
tio textus in cap. Episcopus 12. q. 5. quam adduxi  
in cap...

## C A P U T VI.

## Ex Concilio (a) Magocen.

**S**i hæredes iusta testatoris non adimpleverint, ab Episcopo loci illius omnis res, quæ his relata est, canonice interdicatur, cum fructibus, & cæteris emolumen-  
tis, ut vota defuncti impleantur.

## N O T A E.

(a) **M**agocen.] Ita etiam legitur in prima col-  
lectione, sub hoc tit. cap. 11. & post Con-  
cilium Lateran. p. 40. 43. cap. ult. Sed in nullo ex  
Concilii Mogunt. hucusque editis textus hic re-  
peritur: credo tamen in aliquo ex illis editum  
fuisse; siquidem in uno Concilio Mogunt. actum  
D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

fuisse de testamentis, & ultimis voluntatibus,  
constat ex Concilio Mogunt. celebrato anno  
1549. cap. 97.

## C O M M E N T A R I U M.

**C**onclusio, quæ ex hoc textu communiter  
deducitur ab Interpretibus, sic se habet:

R r 3 Hæres

*Conclusio  
traditur,  
& proba-  
tur.*

Heres non adimplens voluntatem testatoris privata per Episcopum rebus sibi relictis. Probant eam textus in cap. Salvator 11. quæst. 1. cap. licet universis, de voto. Concilium Coloniense celebratum anno 1536. p. 13. cap. 10. ubi cavetur, ut haeredibus, qui iussi defunctorum non impleverint, ab Episcopo loci omnis res, qua eis relieta est, interdicatur, cum fructibus & emolumen- tis, authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. authent. de ecclesiastico titulus, §. si autem ha- res, authenticæ de hereditib. & Falcidiam, §. si quis non implens, collat. 1. l. si patroni filius, §. qui si- deicommissam, ff. ad Trebellianum, ibi: Cur enim non videatur indignus, ut qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex volun- tate? Et. Nefeniū, ff. de excusat. tut. ibi: Re- cete ergo placuit enim, qui recusat onus quod testa- tor reliquit, & ab eo, quod petet, quodque idem dedit, repellit debere. Et l. rutor 28. §. quia tu- toribus, l. quid autem 35. l. amicissimus 36. ff. de excusat. tut. l. qui tutelam 28. ff. de restam. tutel. l. si quis sepulchrum, §. funus, ff. de relig. & sumpt. l. ultima, ff. de confirm. tutor. l. si pecuniam, ff. de statutib. Paulus lib. 3. sentent. tit. 5. §. omnibus, l. si quis in suo, C. de inoffic. l. penult. C. de legat. l. cum filio II. ff. de legat. 1. l. final. titul. 10. par- tit. 6. ubi Gregorius. Illustrant Sanchez de ma- trim. lib. 3. disput. 15. numero 25. Molina lib. 2. de primog. cap. 14. numero 22. Carpio de execut. lib. 1. cap. 18. & lib. 4. cap. 3. Covar. & Cujacius in praesenti: idem Cujacius ad Paulum dict. lib. 3. titulo 5.

Sed hæc assertio difficilis valde redditur ex se- quentibus juris considerationibus. Prima nasci- tur ex eo, nam Episcopus est executor legitimus ultimarum voluntatum, cum causa quæ exequi- debent, sunt pia, cap. tñanobis 17. ibi: In omni- bus pia voluntatibus. Et cap. nos quidem, ibi: Defunctorum pias voluntates. Et cap. Joannes, ibi: Et pia locis; hoc tit. l. nulli, C. de Episc. & cleric. ibi: Derelictum piam defuncti propositum. Tri- dentinum sess. 7. de reform. cap. 15. & sess. 22. cap. 6. & sess. 25. cap. 4. ibi: Qui pro suarum anima- rum salute legata ea ad usum pios reliquerunt. Et l. titul. 10. partit. 6. ibi: Mandasse por si ani- ma: & l. 36. Tauri. l. 10. tit. 4. lib. 5. recipil. do- cent Matienzo in dicta l. 10. recipil. Carpio de execut. lib. 1. cap. 22. Igitur non recte in praesenti generaliter, & indistinctè assertur, haeredes non adimplentes voluntates testatorum, per Episco- pum esse privandos rebus sibi relictis in eodem te- stamento. Secunda militat adversus nostrum textum in illis verbis: Ut vota defuncti adim- pleantur. Nam obligatio voti personalis est, nec ad haeredes transit. D. Thomas 2. 2. quæst. 96. artic. 2. ad 4. docent Panormitanus in cap. ve- ritatis, numero 3. de jurejur. Sotus lib. 8. de ju- stitia, quæst. 2. artic. 2. Igitur in praesenti specie haeredes non tenebant vota defuncti adim- plere, & per consequens non erant privandi haer- editate. Tertiù difficilest præsens textus in il- lis verbis: Omnis res, qua eis relicta est. In quibus docetur, haeredes non adimplentes vota testatorum, reddi indignos omnium rerum, qua illis relicta fuerant; nam haeredes cum indigni sunt, ex causis infra referendis, privantur haer- editate; non tamen auferuntur ab eis prælegata, & similes res sibi relictæ, l. cum quidem 12. l. eum qui 18. §. ultimo, ff. de his quæ ut indigni. l. qui si-

liabus 17. §. ultimo, ff. de legat. 1. l. miles 75. §. ultimo, ff. de legat. 2. l. 4. §. si quis ex unica, ff. de doli except. Igitur non recte in praesenti al- feritur, ab haeredibus indignis non adimplenti- bus voluntatem testatoris, omnia illis à testato- re relicta eripi & auferri. Accedit, nam hares non tenet adimplere voluntates ineptas defun- eti, l. 5. C. de his quibus ut indigni. l. hereditas 50. ff. de petit. heredit. Igitur indistinctè verum non est, voluntatem testatoris haeredem tene- ri adimplere. Accedit tandem, nam si in pra- senti specie haeredes privandi erant rebus sibi relictis in testamento, prius moneri, & citari de- beant, authent. hoc amplius, C. de fideicom- miss. l. final. titul. 10. partit. 6. ibi: Siendo amo- nestado; docent communiter repetentes in dicta authenti. hoc amplius: Ergo non recte in praesenti PP. Concili Mogunt, afferunt, haeredes non adimplentes voluntatem testatorum, per Episco- pum privandos esse omnibus rebus sibi testamen- to relictis.

Quibus difficultatibus minime obstantibus ve- ra est praesens assertio, pro cuius expositione scien- dum est, variis ex causis haeredes reddi indignos indig- natus, & illam ab eis, tanquam ab indi- gnis per fiscum eripi, & auferri; de quibus in titul. ff. & C. de his quæ ut indigni. Prima est, si inultam reliquerint necem testatoris, de qua in l. 3. l. video 7. l. cum fratre 9. cum duabus sequen- tibus, C. de his quibus ut indigni. l. 5. §. penult. & per totum, ff. ad Syllanianum, l. 1. l. 27. l. 29. §. final. ff. de jure fisci, l. 14. §. si pater, ff. de bonis libert. l. si servus 50. §. si quis 2. ff. de legat. l. l. nec supina 6. ff. de juris & facti ignor. l. si filius 23. ff. de jurepatron. l. l. C. abi causa fiscalis, l. l. C. in quibus causis in integr. restit. l. l. & 2. l. mi- noribus, cum sequent. de jure fisci, l. item 20. §. hac 12. ff. de petit. heredit. l. bis 18. §. l. l. ex parte 39. ff. familia ericrand. l. in ratione 11. §. si servus, ff. ad legem Falcidiām, l. si necem 4. l. filius 42. §. ultimo, ff. de bonis libert. l. 4. & pe- nult. de jurepatron. l. 3. §. quod si, ff. de suis & legit. Secundu indignus redditur haereditate ha- res, qui falsò & calumnioso testamento impu- gnavit, l. 4. & 5. l. euorem 22. l. si testamentum 24. ff. de his quæ ut indigni, ad quam speciem spe- ciant textus in l. Papiniānus, §. meminisse, l. pe- nult. §. si heres, cum sequent. ff. de inoffic. restam. l. si quis rogatus 53. §. 1. ff. de fideicommiss. libert. l. si testamentum 6. l. postquam 42. ff. de petit. heredit. l. si pars 9. §. ultimo, ff. de inofficio, l. editio 13. §. penult. l. Senatus 15. ff. de jure fisci, l. 14. §. si patroni, ff. de bonis libert. l. inter 34. ff. de res vindicat. l. Lucius, §. Sempronius, ff. de legat. 2. l. penult. ff. de except. rei judic. l. 3. §. con- sequenter, ff. de liberat. legat. l. cum quidam, de bonorum possession. Paulus lib. 4. sentent. titul. 5. §. ultimo. Tertiù indigne est heres, qui prohibuit testatori, ne mutaret testamentum; in- dicit enim in titulum, Si quis aliquem testari prohibuerit; in quo editio notandi sunt textus in l. filius 14. §. 1. l. si quis pars 26. ff. ad legem Corneliam de falso, l. penult. §. Sempronius, ff. de legat. 2. l. 3. §. ultimo, ff. ad Trebellianum, Paulus lib. 5. sentent. titul. 12. §. 5. l. 3. ff. de his quæ in testamento, l. quorien 9. §. idem, ff. de hered. infinit. l. current 22. ff. de testibus, l. 1. §. filium, ff. de bonor. possess. secund. tab. l. 1. §. si parent. 2. ff. si quis à parente, l. item 14. §. aliquid, ff. quod

## Tit. XXVI. De Testamentis.

475

*quod merus causa, l. unic. ff. quibus non competat honor possisi. Quartò indignus redditur hæres, qui non habuit supremam defuncti voluntatem, l. cùm quidam 12. ff. de his quibus ut indign. l. planè 34. ff. de legat. l. militis, §. veteranus, ff. de testam. militis, §. t. ff. de condit. infit. Aut si testator nomen illius induxit, l. cùm tabulis 16. §. ultim. ff. de his que ut indign. l. 2. §. ultim. ff. si tabula testam. l. si ita 8. §. is autem, l. qui ex liberis, l. §. testamento, ff. de bonor. posse, secundum tabulas: aut si inimicitias capitales cum ipso contraxit, l. si inimicitia 9. ff. de his que ut indign. l. 3. §. ultim. ff. de adi- mend. legat.*

*Similiter etiam qui non patuit voluntati testatoris, immò eam neglexit, redditur indignus eius successione, novella 1. *Authenti, autent.* finali, C. de fideicommiss. non tamen ut ab eo eripiatur hereditas à fisco tanquam ab indigno: sed manet penes coheredem, aut substitutum cum eodem onere. Quia privatio iustissime introducta est, quia qui non vult subire onus, non decet sentire commodum, cap. qui habet, de regulis iuris in 6. Unde qui non vult adire hæreditatem, ut fideicommissum restituit, compellitur adire, & privatur commido quartæ partis, qua illius heredi competit, l. ille à quo 13. l. nam quod 14. §. qui compulsi, ff. ad Trebell. & tutor, qui se excusavit à turela, privatur legato sibi in eodem testamento reliquo, l. 5. §. amittere, ff. de his que ut indign. & qui designatus fuit ad exequendum testamentum, nisi illud exequatur, privatur legato sibi reliquo, authent. de hereditibus & Falcid. §. si quis. Restè ergo in presenti textu deciditur, quod si hæredes non adimplant voluntatem testatoris, quam diligenter adimplere debent, ut exemplis probant Guillel. Benedictus in cap. Raynatus, verbo Si absque liberis, de testam. Carpius lib. 4. de execut. cap. 3. Rousselius lib. 6. historia, cap. 3. numero 9. per Episcopum privantur omnibus rebus sibi reliquis: & sicut ab herede indigno sicut eripit hæreditatem cum fructibus, l. 1. C. de his que ut indign. ita & in presenti casu hæres privatur, non solum hæreditate, verum & ejus fructibus. Hoc tamen procedit, nisi testator aperè caveat, ut hæres, vel legatarius non privantur rebus sibi reliquis, et jam non paruerint voluntati testatoris, l. sed hoc minum, ff. de excusat. tut. ibi: Ni si evidenter expreſſerit, velle ſe dare, etiam ſtare lam non admisſiſtraverit. Et l. 1. §. quanvis, ff. ubi pupil. educi. docet Carpius dicit. cap. 18. numero 42. vel feio casu minor pena ab ipso testatore inflata sit, quia ob eam ceſſat poena legalis, hoc est privatio successionis. Novel. 1. cap. 1. juncta lege non tan- tum, §. 1. & §. Senatus, ff. de fideicommiss. libert. l. causam 20. §. puelam, ff. de manumiss. l. in testamento 27. ff. de condit. & demonstr. prosequuntur alias exceptiones presentis textus Covar. & Cujacius in diff. novel. 1.*

*Necobat prima difficultas supra pro dubitan- di ratione adducta, pro cuius solutione sciendum est, satis controversum esse apud Interpretes, utrum Episcopus sit legitimus executor, trans- acto anno hæreditibus, seu commissariis conceſſo ad implendam testatoris voluntatem, non lo- lum in legis, & dispositionibus piis, verum etiam prophanicis? In qua questione indistinctè totius testamenti executionem ad ipsum specta-*

*re probant Glossa in presenti, & in cap. Sylvester II. quest. 1. & in cap. Episcopus §. 88. distincte. Hos- tienſis, Panormitanus, Barbatia, & Cardinalis in presenti, quos sequuntur Covar. in presenti, nu- mero 3. Gutierrez libro 3. practici, questione 29. nu- mero 14. Gratianus rom. 3. discept. cap. 563. numero 76. Barbosa alleg. 83. numero 15. Hurtado rom. 2. de congrua, lib. 6. resol. penult. subresol. 42. qui mo- ventur primò ex presenti textu: secundò ex eo, quia qualibet ultima voluntas prius dicitur, l. 7. tit- ular. io. partit. 6. ibi: Para complir la voluntad de el testador, que es obra de piedad, è como cosa espiritual. Faciunt Divus Augustinus lib. 10. de civit. Dei, cap. 1. Quintil. declamat. 311. ibi: Li- ber scrutar etiam defuncti voluntatem, quia nihil parentium apud nos, nihil nostro animo sacrariis ef- se debet. Symmachus lib. 10. epist. 54. qui allo- quens Episcopos ait: Oro vos justitiū sacerdotes, ut urbis vestra sacris reddatur privata successio. Dilectent testamenta securi, & sciam sub Principi- bus non avaris stabile esse quod scripserint. Igitur cujuslibet ultima voluntatis executio ad Episcopum spectat. Deinde, nam defensio viduarum miserabilium, quæ sunt destituta humano auxi- lio, ad Episcopum spectat, cap. 1. 87. diff. cap. super, de v. f. Sed nulla alia persona adeo destituta est, quam defunctus, cap. defensionis 87. distinct. Ergo cujuslibet ultima voluntatis executio ad Episcopum spectat. Sed contraria sententia verior est, videlicet in legis prophanicis, & pro eorum solutione aedendum esse judicem seculariē proprium heredis scripti, coram quo à legatarii con- veniendus est. Quam opinionem ex iuribus suprà pro dubitandi ratione adductis, & aliis probant Glossa verbo Decretorum, in cap. relatum, II. hoc sit. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 17. numero 105 Matienus, licet sibi contrarius, in l. 10. tit. 4. lib. 5. recipil. gloss. 7. num. 2. Carpio de executoribus lib. 1. cap. 22. num. 47. Pereyra de manu Regia part. 1. cap. 16. num. 13. Nec ea sententia retentā obſtant contraria fundamenta. Non primum deductum ex praesenti textu, qui exaudiendus est de piis testa- torum dispositionibus, juxta alios textus suprà re- latos, in quibus de piis cauſis ſemper agitur. Nec contrarium docet Alfonſus noster in l. 10. partit. qui generaliter non aſſerit, quamlibet ultimam voluntatem effi piam; sed tantum agit de legato pro redēptione captivorum reliquo, juxta legem nulli, C. de Episcop. & cleric. autent. de Eccle- ſiaſt. titulus, §. si quis autem. Ex quibus deſumpta eft dicta lexio. Unde accipi debet de legato ad pias cauſas reliquo. Nec obſtat quod diceba- mus de defenſione miserabilium personarum; nam earum defenſio ad Episcopum spectat, qua- tenus respicit utilitatem ipsarum: at in legis pro- phanicis non defunctorum, sed potius legatario- rum utilitas vertitur; unde aedendum eft Jūdex hæ- redis, ut ipsum cogat legata perſolvere.*

*Nec obſtat secunda difficultas ex natura & obligatione voti deduc̄ta; nam praterquam Responde- quod votum in praesenti non accipitur strictè tur secun- pro promiſſione Deo facta, sed pro desiderio, & de ter- volante testatoris, ut plerunque in jure accipi- citati- cultari. l. Scripto, ff. unde liberi, l. in ratione II. §. bus. cùm quidam, ff. ad leg. Falcid. l. nihil interest, ff. de bonis liberi. eti⁹ votum strictè accipiat in praesenti, adhuc discreti⁹ constituendum eft inter votum reale, personale, & mixtum. Per- sonale, videlicet jejunandi, peregrinandi, aut re- citandi*

Rr 4

Responde-  
ter prima  
difficul-  
tati.

Citandi horas canonicas, cum persona extinguitur, nec ad haereses transfit: quare nullus successor tenet illud adimplere, ex iuribus supra adiunctis. Votum vero reale seu mixtum, veluti construendi Ecclesiam, elemosynam faciendo, haeres tenet adimplere, l. 2. §. ultim. ff. de pollici. ibi: *Si forte qui decimam vorvit, decesserit ante solutionem, heres ipsius hereditario nomine decima obstat.* Votum obligationem ad haudem transire, constat. Non tamen tenet haeres votum adimplere vinculo religiosi, sed exemplo aliorum onerum haeditariorum; & tanquam a alieno defuncti sulpicere haeres coguntur, & per excommunicationem compelli postulant illud adimpleri, sicut alia opera pia exequi, cap. tu. 17. cap. Joannes 19. hoc ut docent Sylvester in summa, verbo *Votum*, Sanchez lib. 3. summa, cap. 13. numero 3. Unde et si in praesenti ageretur de votis adimplendis per haereses, accipiens erat de votis realibus, aut mixtis. Nec obstat tertia difficultas; nam verum est indistincte haudem indignum hereditate non reddi indignum legato; immo plerunque cui eripitur ut indigno hereditatis, similiter prelegatum, non solum pro ea parte, quam capit jure haeditario, sed quam capit jure legati, ut in l. si sequens, §. ultim. ff. ad Syllaniam, l. duo 70. ff. de condit. & demonstr. Quare an privetur haeres indignus simul hereditate, & legato voluntatis, quæstio est; ut ait Papinius in l. cum quidam, ff. de his que ut indign. ita ut nec regula generalis tradiri possit, sed secundum varietatem casuum diversimode est respondendum. In casu vero praesentis textus priuat haeres omni emolumento, quia æqualis ratio militari, ut privaretur tam hereditate, quam prelegato. Prosequitur Cujacius lib. 16. q. Papin. in dict. l. cum quidam.

Nec obstat alia difficultas deducta ex lege non dissolutum oportet 5. C. de his que ut indign. in illis verbis: *Non oportet ut indignus hereditibus successiones auferri, prætextu quod in sepultura supremis iudicis, vel voluntatibus defunctorum obtemperatum non fuisset.* Ex quibus exprefse deducitur, haudem non privari hereditate ex eo, quod non adimpleverit pias testatorum voluntates circa sepulturam. Cui difficultati ut satisfaciat DD. varia adducunt. Glosa, Cinus & Alexander, quos sequitur Molina de primog. lib. 2. cap. 14. numero 16. existimant, textum illum abrogatum fuisse per textum in authenticâ hoc amplius, C. de fideicommiss. & ita in eo textu jus antiquum jam abolidum referri. Carpio dict. cap. 18. numero 37. existimat. Imperatores in eo textu agere de haerede jam aditâ hereditate, cui haereditas non est auferenda nisi monitione permisâ. Et ita Imperatores non negare hereditatem esse auferendam, sed tantum desiderare, ut monitione præmisâ auferatur. Sed hæc interpretatione facile refellitur ex eo, quod absolute in eo textu statuitur hereditatem non esse auferendam ab hereditibus ex eo, quod non parviter voluntati testatoris circa circum sepulturam. Igitur id generaliter accipendum est, monitione præmisâ, vel non. Quare his & aliis sententias omisssas, verius dicendum est, in eo textu agi de voluntatibus testatorum inepitis circa eorum sepulturam, quas haereses adimplere non tenentur, l. serv. 113. §. final. ff. de legat. l. eti 14. §. 5. ff. de relig. & sumptibus, l. quidam 27. ff. de condit. institut. l. Quintus 7. ff. de

annuis legat. plerunque enim simpliciores homines cavebant, ut omnia ornamenta sua cum corpore sepelirentur, dict. l. eti 14. §. 5. l. final. de auro & argento; aut comburerentur, Livius lib. 34. aut pecunia simul cum eis in terram defoderetur, ut probat Fornerius libro 1. rerum quotid. cap. 18. sive ut eorum reliquie in mare projicerentur. Ovidius lib. 5. Fastor.

*Sepetamen patriæ dulci tanguntur amore,  
Atque aliquis moriens hoc breve mandat  
opus:*

*Mittite me in Tyberim, Tyberinis vestus in  
undis.*

*Littus ad Inachum pulvis inanis eam.*

*Dissipat heredi mandati cura sepulchri;*

*Mortuus Aufonia conditur hostes humo.*

*Scirpea pro domino in Tyberim jacatur  
imago.*

*Ut repetat Grajas per freta longa domos.*

Cujus precepti varias afferunt causas Ofualdus lib. 8. comment. cap. 12. litera A. Suarez ad leg. Aquil. lib. 2. cap. 2. scilicet 6. num. 9. Amaya lib. 1. ob. cap. 6. num. 5. D. Josephus de Salas ad Perronium pag. 278. ad illa verba: *Descendit igitur.* Omnes enim ineptæ voluntates impunitur ab haereditibus, nec ex eo, quod non adimpleverint, debent privari hereditate, dict. l. serv. 113. §. inepit. Donellus lib. 8. comment. cap. 12. Underecte ait Alexander in dict. l. haeredites privando non esse haereditate, eo quod voluntates testatorum, ineptas videlicet, non adimpleverint. Nечици solutioni obstat textus in l. militis 5. C. de relig. in illis verbis: *Militis voluntatem, quam circa monumentum sibi faciendum testamento expresse, & patre, & mater eius heredum negligere non debent: nam eti delatio hoc nominis præteritis constitutionibus amota est, invidiam tamen, & conscientiam circa missum supremum hujusmodi officium, & contemptum iudicium defuncti evitare non possunt.* In quibus idem Alexander docet, haeredites adimplere debent testatoris voluntatem circa sepulturam: licet alii constitutionibus, videlicet dict. l. 5. C. de his quæ sunt in dictione, delatio prohibita sit. Nam respondendum est, Alexandrum in eo textu agere de voluntate defuncti circa monumentum modicum construendum: licet enim ineptæ voluntates defunctorum, videlicet nimis sumptuosa, & superstitione, adimpleri non debeant, tamen moderata, qua modicam pompam in monumento, aut sepultura praescibunt, adimplentes sunt, de quibus accipendi sunt textus in l. 5. C. de relig. l. 1. §. 4. §. 6. ad leg. Jul. pecc. l. cuiusunque, §. 5. idem 8. ff. de instit. actione, l. filii 19. ff. de in rebus verbis l. militis, ff. de condit. & demonstr. l. haereditatis 50. ff. de petit. haeredit. novella 50. cap. 6. Unde eti delatio haereditum ex ea causa, quod ineptæ voluntates non adimpleverint, prohibita sit ab Alexandro in dict. l. 5. C. de bis que ut indign. tamen si voluntas circa modicum monumentum, aut pompam funerali versetur, haeres adimplere eam cogitur, dict. l. militis, C. de relig. quæ cum loquuntur de milite, laxiorem pompam circa finus admittit; siquidem in militum funere arma, & quæcumque ornamenta virtute sibi comparassent, equus, & similia deservantur, ut funus Pallantis describens refert Virgilius lib. 11. Eneid. & noravi in cap. final. de auctor, & usu pallii. Nec obstat ultimum argumentum dubitandi rationis, ubi dicebamus, ad hanc haereditatis privationem necessariam esse moni-

monitionem: nam id verum est, ut docent Pandilla in dict. authentic. hoc amplius, Marienz. in l. 14. tit. 4. lib. 5. recopil. glos. i. num. 64. Carpius dict. capite 18. numero 22. Sed supponitur in praesenti textu talern monitionem adhiberi debere, alias Episcopus injuste, & contra juris ordinem ipsum heredem successione priuaret.

<sup>9.</sup> Ex praesenti textu, & traditis pro ejus expostione, Doctores supradicati communiter accipiunt textum in cap. licet, de vero, ubi referatur, quod cum Rex Hungariae votum emisisset visitandi Hierosolymam in manu forti, idest cum exercitu & armis, ut eam ab inimicorum tyrannide eriperet; & infirmitate, & morte preventus, illud adimplere non potuisset, in ultimo elogio filio suo Andreas sub paterna intermissione indixit, ut votum illud adimpleret. Et cum filius simile onus a patre injunctum sponte acceptasset, & se impleturum denou promisisset, & postea renuisset illud adimplere; Innocentius decrevit, ut votum a patre emissum adimpleret, alias sciat se regno, & hereditate paterna esse privatum. Historiam refert ex Silvio, & Blondo Panzeriola lib. 2. var. cap. 240. Ex quo textu con-

stat, heredem non adimplentem votum desuneti, privandum esse hereditate, cuius decisionis ratio nem communiter repetentes ibi. & Doctores supradicati ex eo reddunt, quia videlicet votum illud a Rege Hungariae emissum, non personale, sed potius reale, aut mixtum fuit, quia non solum industria, & labore personali erat implendum, verum & magnis impensis, & sumptibus in belli expeditionem paratis: unde cum obligatio realis adimplendi votum transeat ad heredes, merito juxta praesentem textum haeres non adimplens votum illud privatur successione paterna. Sed licet haec doctrina vera sit, non tamen ideo in eo textu filius privari poterat regno Hungariae, quod illi non hereditario, sed sanguinis iure deferebatur: nec etiam successione paternâ, quatenus legitimam iure naturae sibi debitam comprehendebat, in qua nullum onus admittitur. Quare alia ratio est ipsius decisionis, videlicet, quod cum filius non solum sponte acceptasset onus a patre injunctum, verum & se impleturum tale votum promisisset, ideo ob fraternalm fidem, & violatan propriam promissionem, potuit justè a Pontifice privari regno, & paterna successione, ut latius dicemus in ejus textus commentario.

## CAPUT VII.

## Ex Concilio (a) Lateranensi.

Cum in officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxii, a quibus beneficium nos cognovimus recepisse; è contra quidam clerici, cum ab Ecclesiis suis multa beneficia perceperint, bona per eas acquisita in alios transferre presumunt. Hoc igitur, quia antiquis canonibus constat inhibitum, nos indemniti Ecclesiarum providere volentes, sive intestati deceaserint, sive aliis conferre voluerint, penes Ecclesias dem bona præcipimus remanere.

## NOTÆ.

(a) *Lateranensi.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 4. & apud Antonium Augustinum libro 15. epist. titul. 45 & in ipso Concilio Lateranensi capite 15. ubi reperiuntur verba in praesenti transcripta. De hoc Concilio nonnulla notavi in capite 27. de re scriptis.

## COMMENTARIUM.

Ex praesenti Concilii Lateranensis canone sequens deducitur assertio: Clerici de bonis in suu Ecclesie acquisitis testamentum facere non possunt; de bonis vero patrimonialibus, proprio articulo, aut aliunde quecunque disponere valent. Proabant eam textus in capite 1. & sequent. 12. quest. 1. capite 1. & sequent. 12. question. 3. cap. 1. & per totam 12. quest. 4. cap. fixum. cum aliis 12. quest. 5. cap. 3. de pignor. Heraldus Episcopus Turon. in suis capitulis. can. 44. Ut res, quas in sacris ordinibus acquisierint, propriis Ecclesie derelinquunt; hereditaria vero juxta arbitrium proprie voluntatis distribuant. Toler. Concil. anno 124. tempore Joannis XX. can. 5. Ut substantia Ecclesiarum, quas olet per clericorum sobolem depere, ad nsi debitos conservetur, statuimus, quod nullus clericorum bona intuitu Ecclesie adquisita, filiis, vel filiabus suis det, vel conferat inter vivos, vel in testamento contra canonum instituta dimittat. Et l. sacrofancia 32. authentic. presbyteros, C. de Episc. & cleric. cap. 6. de hereticis. Concil. Tol. 2. can. 4. Concilium Germanicum sub Cardin. can. 5. ibi: Clerici de rebus Ecclesie nullum possunt condere testamentum. Oxoniense in Anglia can. 27. Ratisbon. can. 33. quorum & aliorum verba referunt Crespetius in summa, verbo testamentum l. Antonius Augustinus in epist. lib. 15. tit. 45. Illustrant ultra relatios in praesenti à Garanna & Barbosa, idem Barbola alleg. 115. Salcedus de lege polit. lib. 2. cap. 2. Mancinus Sacri juris concord. differt. 7. cap. 19. Valenzuela confl. 98. Quefada variar. quest. 6. num. 25. Coherlius in not. Cardin. cap. 16. privil. 18. Petrus Gregorius lib. 1. partit. tit. 26. cap. 4. Molina lib. 1. de primog. cap. 10. num. 22. Gutierrez prædicar. lib. 2. question. 114. Abulensis in cap. 6. Matheoi, quest. 24. Boëtius Epon. & Cujacius in praesenti, Michael Rousselius lib. 5. hist. iuris Pontific. capite 4. plures relati à Hieronymo Garcia in summa tract. 1. difficult. 4. dub. 3. Fagundez libro 6. de iustitia. capite 10. num. 4. Ferro Manrique de different. utrinque fori, quest. 93. Gibalimus de negot. tom. 2. lib. 5. cap. 8. articul. unico, Solarzarus tom. 2. libro 3. capite 10.

num. 90